

MARTINI
BONACINÆ
MEDIOLANENSIS
OPERA OMNIA.

*De la Librairie de l'Écol. de Salama
Procureur de la Cour*

MARTINI BONACINÆ MEDIOLANENSIS

SACRÆ THEOLOGIÆ, ET I. V. D.

COMITIS PALATINI, ET VTRIVSQVE

Signaturæ Referendarij Apostolici,

OPERA OMNIA,

IN TRES TOMOS DISTRIBUTA,

Quoniam PRIORES DVO nonnullis Tractatibus, quæ hæcenus caruerant, & innumèris subsidijs
accessionibus, quas adhibitis notæ conspicientes indicant, locupletiores recuduntur, ex accurata pec-
cissummet Authorem recognitione. TERTIUS denud in lucem prodit. Vt nihil vitia
sit, quod ab Authore ad plenam & vndeunque absolutam Moralis Theologiæ
vniuersæ, siue casuum conscientie tractationem
expectare Lector debeat.

*Editio posterior & accuratior, sparsis hinc inde mendis, quæ in prioribus exciderant;
expurgata, & variis additionibus locupletata.*



LUGDVNI,

Sumpt. Hæred. Gabriel. Boissat, & Laurentij Anisson.

M. D. C. XXXIX.

SYPERIORVM PERMISSV.



BIBLIOPOLA BENEVOLO LECTORI SALVTEM.



A rerum humanarum conditio est, amantissime Lector! ut nihil cœlum complexu suo coëreat, quod non alicui vitio admixtum, implicatumque sit: ita ut, quod de felicitate canebat Lyricus:

Nihil est ab omni Parte beatum.

& de Imperatoribus Romanis Plinius in Panegyrico Traiani assererat, *ne minem adhuc extitisse, cuius virtutes nullo vitiorum consensio laderentur*; id de cuiuscunque rei perfectione sigillatim affirmari possit. Veruntamen, sicut vrsam, foetus suos absque membrorum forma, figuraque parientem, eos postmodum assidue lambendo effingere, atque formare sagacissimi naturæ speculatores observant: sic pleraque in ortu suo informia, & incondita; temporis lapsu, industriaque eorum, qui laborem iis insumunt, ad optatos perfectionis exitus prouehi constat. Quod in D. MARTINI BONACINÆ Operibus comprobare laboriosum non erit: hætenus enim tam inordinata, confusa, indigesta, mendosaque lucem viderunt, ut merum chaos iure merito possent nuncupari. Quam malè igitur de Authore, tam insigni pietate, exquisitæque doctrina prædico meriti sint ij, qui præcedentibus Editionibus operam nauauerunt, grauitè ferentes; hanc suscepimus adornandam; eaque decoris, concinnitatisque specie donandam, quæ & doctissimo Authore digna esset, & nostræ non mediocri diligentia, honoris auram velificaretur. Cuius quidem suscepti laboris quòd nos non pigeat, illud facit, quòd vel lippis oculis notum sit, quantum hæc nostra Editio ab antecedentibus discriminetur, quæ, præterquam quòd variis additionibus

I M P R I M A T U R.

FR. FRANCISCUS CARENVS Lector Theolog. Vicarius Rosæ, &
sanctæ Inquisitionis Mediolani.

FR. ALOYSIVS BARIOLA pro Illustrissimo D. Cardinali Archiepiscopo:
Vidit Saccus pro Excellentissimo Senatu.

A P P R O B A T I O N E S.

IOANNES CLAVDIUS DEVILLE, in sacra Theologia Magister, in Archiepiscopatu Lugdunensi Promotor Generalis, & in hac Diocesi à Domino ALPHONSO LUDOVICO DV PLESSIS DE RICHELIEV, Illustrissimo & Reverendissimo Archiepiscopo Lugdunensi, Galliarumque Primite in librorum censuram incumbere iussi, fidem facimus, Nos ex tribus Tomis, in quos nunc primò digesta sunt opera omnia D. MARTINI BONACINÆ ad Moralem Theologiam, sive casus conscientie spectantia, primum, & secundum Tomum, qui & alia extra hoc regnum, & hic Lugduni, iam cusi fuerunt atque recusi, nunc primò prodire ex novissima Authoris recognitione, tertia parte auctiores: eisque accedere nunc primò Tomum tertium, qui est de Censuris in particulari, in quo, ac etiam in additionibus, quibus duo priores Tomi in hac editione cumulantur, nihil esse, vel Catholice doctrinæ, vel bonis moribus aduersans; sed omnia, ea soliditate ac doctrinæ vbertate explicari, quæ Authoris nomen ubique celebre, ac dignitatem exquisitè tueantur. Lugduni 8. Kalend. Iunias 1629.

DEVILLE.

PRÆTER grauisssimorum doctorum virorum, cum ex natali solo, tum aliunde, varias approbationes & testimonia, Nos infrascripti & subsignati Doctores Parisienses, D. MARTINI BONACINÆ Mediolanensis S. Theologie, & I. V. D. &c. Opera omnia, Tomum præsertim tertium de Censuris in particulari, qui prioribus adiectus est, vidimus, nihilque in illis fide indignum Catholica reperientes approbauimus. Lugduni, in Conuentu S. Bonauenturæ nono Kalendæ Augusti 1629.

FR. DESIDERIVS RICHARD Guardianus S. Bonauenturæ.

FR. BERNARDINVS MOLLIASSON in præfato Conuentu Lector.

C O N S E N S V S.

LIBRUM hunc, cui inscriptio est, MARTINI BONACINÆ Mediolanensis opera omnia, recens in tres Tomos distributa: Ego Procurator Regius typis mandari, ac deum in lucem exponi consentio. Lugduni 28. Iulij 1629.

P V G E T.

P E R M I S S I O.

LIBRUM hunc, qui inscribitur, MARTINI BONACINÆ Mediolanensis opera omnia, recens in tres Tomos distributa, à CLAVDIO LANDRY, Bibliopola Lugdunensi in lucem dari permittimus, ac simul ne quis contra factam ei ab ipso potestatem deuoè excedat, interdiciamus. Datum Lugduni, die 28. Iulij 1629.

DE CHAPONAY.

SERIES



TRACTATUS DE SACRAMENTIS.

DISPUTATIO PRIMA.

De Sacramentis in genere.



SACRAMENTI nomen non solum à profanis, verum etiam ab Ecclesiasticis Scriptoribus variis modis accipitur; aliquando enim sumitur pro secreto, iuxta illud Tobiae 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* Aliquando pro iuramento, cap. si iuramentum, 22. *quest. 4.* [& si iuramentum puerum, C si aduersus vendit.] Aliquando pro mysterio, ad Timotheum 3. *Magnam est pietatis Sacramentum,* ubi in Græca editione habetur, *mysterium.* Aliquando & ferè communiter Sacramentum accipitur pro re sacra, vt tradit Bellarminus *lib. 1. de Sacramentis, cap. 2.* Nauarrus *in summa, cap. 22. num. 1.* Valentia *tom. 4. disp. 3. quest. 1. puncto 1.* Henriquez *lib. 1. cap. 2. num. 1.* Didacus Nùñez *in 3. parte 8. Thoma, in sua prefatione significatione 5.* Coninchus *de Sacramentis in genere, quest. 6. art. 1.* Sayrus *de Sacramentis in genere, art. 1.* Valquez *3. part. quest. 60. disp. 128. cap. 1.* [Suarez *3. part. quest. 60.* Fillucius *tract. 1. cap. 1. num. 3.*] & alij. Nos in presenti accipimus Sacramentum, vt significat id, quod à Christo fuit institutum ad conferendam gratiam, de quo nobis sex principaliter querenda sunt.

- Primò, quid, quotuplex, & quàm necessarium sit Sacramentum.
- Secundò, quæ sit ipsius materia, & forma.
- Tertio, quæ sit causa efficiens.
- Quartò, quæ sit ipsius effectus.
- Quintò, quòdnam sit subiectum.
- Sextò, quo ritu, & cæremoniis administrandum sit.

QUESTIO PRIMA.

De numero, necessitate, et definitione Sacramenti.

PUNCTVM I.

Quid sit Sacramentum.

1. Sacramentum quid sit.
2. Sacramentum non est res materialis.
3. An sacramentalia sint sacramenta.
4. Sacramentum ut sit an sit sacramentum.
5. Signum quid sit.
6. An sacramentum dicatur signum.
7. Sacramentum quotupliciter dici possit signum.
8. An sacramentum debeat esse signum similitudinis representans [id] quod significat.
9. Cur Deus in signis, et rebus materialibus instituerit sacramenta.



PRIMA Sacramenti definitio assentit à Doctoribus non iuxta S. Acepilium *lib. 1. de Censuris, quem sequitur D. Thomas 3. part. quest. 60. art. 2. in corpore.* Henriquez *lib. 3. de Sacramentis, cap. 1. num. 3.* Barchinensis ab Angelo *de Sacramentis, dialogi 1. §. 1. littere D.* Alexander Pefantius *3. parte de Sacramentis, disp. 1. articuli 1.* Petrus Ledetina *1. parte sistematicæ San. Mex. Tom. I.*

ma cap. 1. versio. Primò conclusio. Sacramentum definitur rei sacre signum, vel invisibilis gratie visibilis forma.

Iuxta Hugonem de S. Victore *lib. 1. parte 9. cap. 1.* Sacramentum est corporale elementum foris sensibiter propolitum, ex similitudine representans, & ex invisibilitate significans, & continentem spiritualem gratiam.

Iuxta Magistram *lib. 4. disp. 1.* quem sequitur Graffius *2. parte lib. 1. cap. 1. num. 7.* Valquez *lib. 1. cap. 2. §. num. 26.* & alij quid eundem Valquez, nec dicitur Alexander Pefantius *1. part. de Sacramentis, disp. 1. conclusio 1. est invisibilis gratie visibilis forma, à qua utraguam querat, & causa esset.*

Iuxta Catechismum Pij V. *de Sacramentis in communi,* cui adheret Bellarminus *de Sacramentis lib. 1. cap. 1.* Pefantius loco citato, conclusio 5, & alij, Sacramentum est res invisibilis, quæ ex Dei invisibilitate, sanctitate, & iustitie, cum significanda, cum efficienda vim habet, seu est invisibilis gratie visibilis signum ad nostram invisibilitatem institutum.

Sed multis variis definitionibus, quas passim Doctores tradunt, hæc ego propositio, quæ factis explicet videtur naturam, vim, & efficaciam Sacramentorum.

PRIMA PROPOSITIO.

Sacramentum est signum sacrum, non solum significans, verum etiam infallibiliter efficiens rem sacram, sacrosanctam, beatitudinem, hæc definitio optima est, iuxta præcepta Aristotelis & epistolam & Doctorem *lib. de definitionibus, conclusio 1. in genere, & differentia. Contra, à quo conveniunt omnibus Sacramentis: differentia, per quam Sacramentum distinguitur ab aliis rebus sacris, quæ non sunt Sacramenta, vt est vltima aquæ benedicta. Pefantius, non differt hæc definitio*